

**Examen VWO**

Latijn (nieuwe stijl en oude stijl)

Vorbereidend  
Wetenschappelijk  
Onderwijs

2004

Tijdvak 2  
Woensdag 23 juni  
9.00 – 12.00 uur

Tekstboekje

## Tekst 1

*Brief aan de historicus Luceius, van wie Cicero bepaalde dingen gedaan wil krijgen.*

M. CICERO S. D. L. LUCCEIO Q. F.

Coram me tecum eadem haec agere saepe conantem deterruit pudor quidam paene subrusticus, quae nunc expromam absens audacius; epistula enim non erubescit. Ardeo cupiditate incredibili neque, ut ego arbitror, reprehendenda, nomen ut nostrum scriptis illustretur et celebretur tuis. Quod etsi mihi saepe ostendis te esse facturum, tamen ignoscas velim huic festinationi meae.

5 Genus enim scriptorum tuorum, etsi erat semper a me vehementer exspectatum, tamen vicit opinionem meam meque ita vel cepit vel incendit, ut cuperem quam celerrime res nostras monumentis commendari tuis. Neque enim me solum commemoratio posteritatis ac spes quaedam immortalitatis rapit, sed etiam illa cupiditas, ut vel auctoritate testimoni tui vel indicio benevolentiae vel suavitate ingeni vivi perfruamur. Neque tamen, haec cum scribebam, eram

10 nescius, quantis oneribus premerere susceptarum rerum et iam institutarum. Sed, quia videbam Italici belli et civilis historiam iam a te paene esse perfectam, dixeras autem mihi te reliquas res ordiri, deesse mihi nolui quin te admonerem, ut cogitares, coniunctene malles cum reliquis rebus nostra contexere an, ut multi Graeci fecerunt, Callisthenes Phocicum bellum, Timaeus Pyrrhi, Polybius Numantinum, qui omnes a perpetuis suis historiis ea, quae dixi, bella separaverunt, tu

15 quoque item civilem coniurationem ab hostilibus externisque bellis seiungeres. Equidem ad nostram laudem non multum video interesse, sed ad properationem meam quiddam interest non te exspectare, dum ad locum venias, ac statim causam illam totam et tempus adripere; et simul, si uno in argumento unaque in persona mens tua tota versabitur, cerno iam animo, quanto omnia uberiora atque ornatiores futura sint. Neque tamen ignoro quam impudenter faciam, qui primum tibi tantum

20 oneris imponam (potest enim mihi denegare occupatio tua), deinde etiam, ut ornes me, postulem. Quid, si illa tibi non tanto opere videntur ornanda? Sed tamen, qui semel verecundiae fines transierit, eum bene et naviter oportet esse impudentem. Itaque te plane etiam atque etiam rogo, ut et ornes ea vehementius etiam, quam fortasse sentis, et in eo leges historiae neglegas gratiamque illam, de qua suavissime quodam in prooemio scripsisti, a qua te flecti non magis potuisse

25 demonstras quam Herculem Xenophontium illum a Voluptate, eam, si me tibi vehementius commendabit, ne aspernere amorique nostro plusculum etiam, quam concedet veritas, largiare.

*Cicero, Ad Fam. V, 12, 1-3*

---

## Tekst 2

*Wie was gelukkiger: Lucius Thorius Balbus of Marcus Regulus?*

At quam pulchre dicere videbare, cum ex altera parte ponebas cumulatam aliquam plurimam et maximam voluptatibus nullo nec praesenti nec futuro dolore, ex altera autem cruciatibus maximis toto corpore nulla nec adiuncta nec sperata voluptate, et quaerebas, quis aut hoc miserius aut superius illo beator; deinde concludebas summum malum esse dolorem,

5 summum bonum voluptatem! Lucius Thorius Balbus fuit, Lanuvinus, quem meminisse tu non potes. Is ita vivebat, ut nulla tam exquisita posset inveniri voluptas, qua non abundaret. Erat et cupidus voluptatum et eius generis intellegens et copiosus, ita non superstitiosus, ut illa plurima in sua patria sacrificia et fana contemneret, ita non timidus ad mortem, ut in acie sit ob rem publicam interfectus. Cupiditates non Epicuri divisione finiebat, sed sua

10 satietate. Habebat tamen rationem valitudinis: utebatur iis exercitationibus, ut ad cenam et sitiens et esuriens veniret, eo cibo qui et suavissimus esset et idem facillimus ad concoquendum, vino et ad voluptatem et ne noceret. Cetera illa adhibebat, quibus demptis negat se Epicurus intellegere quid sit bonum. Aberat omnis dolor qui si adesset, nec molliter ferret et tamen medicis plus quam philosophis uteretur. Color egregius, integra

15 valitudo, summa gratia, vita denique conferta voluptatum omnium varietate. Hunc vos beatum: ratio quidem vestra sic cogit. At ego quem huic anteponebam, non audeo dicere: dicet pro me ipsa virtus nec dubitabit isti vestro beato Marcum Regulum anteponebam, quem quidem, cum sua voluntate, nulla vi coactus praeter fidem, quam dederat hosti, ex patria

Carthaginem revertisset, tum ipsum, cum vigiliis et fame cruciaretur, clamat virtus  
20 beatiorem fuisse quam potantem in rosa Thorium. Bella magna gesserat, bis consul fuerat,  
triumpharat nec tamen sua illa superiora tam magna neque tam praeclara ducebat quam  
illum ultimum casum, quem propter fidem constantiamque susceperat; qui nobis miserabilis  
videtur audientibus, illi perpetenti erat voluptarius. Non enim hilaritate nec lascivia nec  
risu aut ioco, comite levitatis, saepe etiam tristes firmitate et constantia sunt beati.

*Cicero, De Finibus II, 63-65*

---

## Tekst 3a

*Brief aan Atticus over de troost die filosofie kan bieden*

1 Quod me ab hoc maerore recreari vis, facis ut omnia; sed me mihi non defuisse tu testis es. Nihil  
2 enim de maerore minuendo scriptum ab ullo est, quod ego non domi tuae legerim. Sed omnem  
3 consolationem vincit dolor. Quin etiam feci, quod profecto ante me nemo, ut ipse me per litteras  
4 consolaretur. Quem librum ad te mittam, si descripserint librarii. Adfirmo tibi nullam consolationem  
5 esse talem. Totos dies scribo, non quo proficiam quid sed tantisper impediatur - non equidem satis  
6 (vis enim urget) - sed relaxor tamen omniaque nitor non ad animum sed ad vultum ipsum, si  
7 queam, reficiendum, idque faciens interdum mihi peccare videor, interdum peccaturus esse, nisi  
8 faciam. Solitudo aliquid adiuvat, sed multo plus proficeret, si tu tamen interesses. Quae mihi una  
9 causa est hinc discedendi; nam pro malis recte habebat. Quamquam id ipsum doleo. Non enim iam  
10 in me idem esse poteris. Perierunt illa quae amabas.

*Cicero, ad Att. XII, 14, 3*

---

## Tekst 3b

1 Een tweede stimulans om me hiermee bezig te houden was mijn psychische toestand. Door  
2 een groot en ingrijpend verlies had ik een zware klap gekregen. Als ik hiervoor een betere  
3 verlichting had kunnen vinden, had ik niet hiertoe mijn toevlucht genomen. En ik kon er  
4 geen groter voordeel uit putten dan wanneer ik me niet alleen zou wijden aan het lezen van  
5 boeken maar ook aan het integraal behandelen van de filosofie. Al haar aspecten en al haar  
6 onderdelen leert men juist dan het gemakkelijkst kennen wanneer complete vraagstukken  
7 schrijvenderwijs worden uitgezocht. Er is namelijk een wonderlijke samenhang en  
8 aaneenschakeling tussen alle thema's: het een is gekoppeld aan het ander, en alles blijkt met  
9 alles verbonden en verstrengeld.

*Cicero, De Natura Deorum I, 9 (vertaling Vincent Hunink)*

---

## Tekst 4

*Het volgende citaat is afkomstig uit een recensie van een boek van A. Everitt over het leven van Cicero.*

- 1 Everitt laat weinig na om z'n held een held te laten, maar hij kan moeilijk camoufleren dat
- 2 Cicero – na een gladverlopende 'ambtelijke' carrière: quaestor, praetor, consul – in het
- 3 zicht van iets dat op macht lijkt consequent op de verkeerde paarden wedt, en op benauwde
- 4 ogenblikken ook niet voor min of meer bedenkelijke 'partnerruil' terugschrikt. Met als
- 5 verdrietig hoogte- of dieptepunt z'n totale onderschatting van de jonge Octavianus (de
- 6 latere Augustus), die hij nog een ogenblik denkt tegen zowel Caesar als Marcus Antonius te
- 7 kunnen uitspelen.

*Jan Blokker, Volkskrant 1 november 2002*

---

## Tekst 5

*Historische achtergrond:*

*In 44 v. Chr. werd de dictator Julius Caesar vermoord. Zijn rechterhand Marcus Antonius bracht daarna troepen op de been en bond de strijd aan met het officiële leger. Terwijl deze burgeroorlog op verschillende plaatsen in Italië voortwoedde, was in Rome Cicero de voornaamste woordvoerder van de senaatspartij. In de jaren 44 en 43 hield hij een reeks redevoeringen waarin hij fanatiek te keer ging tegen Marcus Antonius.*

*De onderstaande Latijnse tekst komt uit een redevoering die Cicero hield tot de Romeinse burgers. Doelend op Marcus Antonius zegt Cicero dat ze te maken hebben met een gevaarlijk monster dat afgemaakt moet worden, nu Marcus Antonius door de senaatsgetrouwe troepen in het nauw is gebracht.*

- 1 Non est vobis res, Quirites, cum scelerato homine ac nefario, sed cum
- 2 immani taetraque belua. Quae, quoniam in foveam incidit, obruatur. Si enim illim
- 3 emerserit, nullius supplicii crudelitas erit recusanda. Sed tenetur, premitur, arguetur
- 4 nunc eis copiis quas iam habemus, mox eis quas paucis diebus novi consules
- 5 comparabunt.
- 6 Incumbite in causam, Quirites, ut facitis. Numquam maior consensus vester
- 7 in ulla causa fuit, numquam tam vehementer cum senatu consociati fuistis. Nec
- 8 mirum: agitur enim, non qua condicione victuri, sed victurine simus an cum
- 9 supplicio ignominiaque perituri.
- 10 Quamquam mortem quidem natura omnibus proposuit, crudelitatem mortis
- 11 et dedecus virtus propulsare solet, quae propria est Romani generis et seminis. Hanc
- 12 retinete, quaeso, Quirites, quam vobis tamquam hereditatem maiores vestri
- 13 reliquerunt. Nam cum alia omnia fluxa, incerta, caduca, mobilia sint, virtus est una
- 14 altissimis defixa radicibus.

*Cicero, Philippica IV, 12-13*

*Aantekeningen*

- regel 1*      **mihi est res cum** ik heb te maken met  
**Quirites** Romeinse burgers
- regel 2*      **fovea** valkuil  
**obruatur** *coniunctivus van obruo* verpletteren

regel 3	<b>illim</b> daaruit <b>nullius supplicii crudelitas erit recusanda</b> er zal u geen enkele wreedheid bespaard blijven
regel 6	<b>tenetur</b> <i>onderwerp Marcus Antonius</i>
regel 6	<b>incumbo in causam</b> zich inzetten voor de zaak
regel 8	<b>Quirites</b> Romeinse burgers
	<b>mirum</b> <i>Vul aan: est.</i>
	<b>agitur</b> het gaat erom
	<b>victuri</b> <i>Vul aan: simus</i> wij zullen leven.
	<b>ne ... an</b> of ... of
regel 9	<b>perituri</b> <i>Vul aan: simus</i> wij zullen omkomen.
regel 10	<b>quidem</b> uiteraard
	<b>propono</b> in het vooruitzicht stellen
regel 11	<b>dedecus</b> <i>accusativus</i>
	<b>propulso</b> op afstand houden
	<b>proprius</b> + <i>genitivus</i> eigen aan
	<b>Hanc</b> <i>Verwijst naar virtus.</i>
regel 12	<b>Quirites</b> Romeinse burgers
	<b>tamquam heriditatem</b> als erfenis
	<b>maiores</b> voorouders
regel 13	<b>una</b> als enige

---

**Einde**